



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 15. Legati condemnantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum V. Felicem Papam epistolas dederunt, quas
A. C. 484. Cyrilus Simeoni uni Monachorum suo-
rum Romam deferendas commisit. Is
Legatorum redditum anteyertit, & Pa-
pam docuit, quam mandatis ipsius refrar-
etarii fuissent. Memorabat etiam, ante-
quam ipsi Constantinopolim venissent,
Petri Mongi nomen non nisi clanculo fu-
isse in Dyptichis insertum, jam vero pu-
blice recitari. Hoc obtento Hæretici ad
fallendos rudium animos utebantur, ac
si Sedes Romana Petrum Mongum rece-
pisset.

Vitalis & Misenus Romam deinde
pervenerunt Epistolas Imperatoris, & Pa-
Lib. brev. triarchæ afferentes. In litteris Impera-
toris Joannes Talaja perjurii arguebatur.
Rursus, Petrum Mongum non sine præce-
dente Examine fuisse ordinatum, sed post-
quam manu sua subscriptisset, se Concilium
Nicænum, quod Calcedonense esset
secutum, recipere. Subjungitur : *id cer-
tissimum tene, nos cum S. Episcopo Petro,
& omnibus Ecclesiis S. Concilium, quod
Fidei Nicænæ consentaneum est, recipere,
& honorare.* Loquitur de Concilio Cal-
cedonensi. Acacii quoque litteræ Petri
Mongi laudibus plenæ erant.

§. XV.

Legati condemnantur.

Ergo, convocato a Felice Papa Conci-
lio,

lio, Legatorum Vitalis, & Miseni Causa Sæculum V.
examinatur. Promuntur Cyrilli, alio- A. C. 484.
rumque Abbatum Constantinopolitano-
rum, & Episcoporum Ægyptiorum epi-
stolæ, quæ testatum faciebant, Joannis
Talajæ fidem esse Catholicam, & ipsum
Canonice ordinatum. Econtra Petrum
Mongum esse Hæreticum, itidem a duo-
bus tantum Hæreticis ipsi perquam simi-
libus ordinatum; porro Joanne fugato
Catholicos omni suppliciorum genere af-
fectos. Acacio hæc omnia satis fuisse
nota, opera hominum, qui ad eum Con-
stantinopolim se contulissent. Ipsum de-
nique Petro Mongo favere in omnibus.
Simeon Monachus singula hæc facta vera
esse affirmavit, atque coram omnibus
confecit, quod Vitalis, & Misenus cum
Hæreticis communicaverint, & elata vo-
ce Petri Mongi Nomen in Sacris Dipty-
chis pronunciaverint. Probavit præ-
terea, sæpius etiam interrogatos, nulli
Catholicorum voluisse respondere, nec
litteras sibi commissas iisdem reddere,
nec ea, quæ in ruinam Fidei acta erant,
ad examen vocare. Productum est et-
iam testimonium Silvani Presbyteri præ-
sentis, qui cum Vitale, & Miseno Con-
stantinopoli fuerat; is a Cyrillo, & Mo-
nachis ipsum comitantibus dicta confir-
mavit. Lecta est quoque epistola Acacii to. 4. Conc.
ad Simplicium Papam, in qua dicebat, Pe- p. 12. 13.
trum

Evagr. III.
20.

Sæculum V. trūm jam diu fuisse depositum, eumque
A. C. 484. filium tenebrarum appellabat.

Evagr. III. Itaque Vitalis, & Misenus convicti ab
c. 20. Episcopatu deponuntur, & excommunicantur. Totum Concilium etiam in

Petrum Mongum Sententiam pronunciatum in hunc modum: *Ecclesia Romana Petrum Hæreticum, pridem Sacræ Sedis Judicio damnatum, excommunicatum, & anathematizatum non recipit.* Etsi enim nihil præterea adversus eum afferri potuisset, sufficiebat, ab Hæreticis fuisse ordinatum, ut Catholicos regere nequeat. *Quod ad Acacium Constantinopolitanum spectat, ex ipsa re palam fit, quantum erraverit, cum in epistolis suis ad Simplicium datis Petrum vocaverit Hæreticum, & id ipsum Zenoni non indicaverit, ut debebat, si ma-*

v. Vales. *jor ipsi de Fide Catholica quam de Imperatoris Gratia cura esset.* In eadem Syno-

Lib. brev. c. do, aut aliqua alia præcedente, antequam

18. p. 77. c. Legati rediissent, Papa probe jam gnarus,

10. 5. Conc. *Acacium esse Hæreticum, ad eum dedit epistolam Synodalem, in qua dicebat: peccasti, noli amplius peccare, & de præterito veniam pete!* Acacius acceptis Litteris mentem non mutavit, Communionem Petri Mongi non dimisit, nec aperite suasit, ut Concilium Calcedonense, & S. Leonis epistolam reciperet.